



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de
Parisiis, M.D.LXXV.

De salutis via. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

rit adiungere quæ scribit Chry- *Hom.*
 sostomus. Hominem, inquit, te a- *23. ad*
 gnoscere nequeo. Cū nēpe tāquā *pop. An-*
 asinus recalcitres, lasciuias autē *tioch.*
 vt taurus, tanquam equus verò
 post mulieres inhies, vētri tāquā
 vrsus indulgeas, vt mulus carnē
 impingues, & malum memoria
 teneas velut camelus, porro ra-
 pias quidē vt lupo, ac vt serpens
 irascaris, ferias vt scorpius, sis
 subdolos vt vulpes, nequitiaē ve-
 ro tanquā aspis & vipera venenū
 serues, ac sicut ille malignus dæ-
 mō fratres impugnes, quomodo
 tecum hominibus connumera-
 re valeam, talis in te naturæ signa
 cum non intuear?

De salutis via.

36.

*V*ulgari non esse via censebat eundem
 Pythagoras: sed quā, nō docet ille tamē.
 Nec mirum: hoc e tenim si Christū exceperis vnum;

g

S A C R A

Nullus, qui posset tradere, prorsus erat.
 Vnde sophum non se, sophiæ sed dixit amantem
 Pythagoras: Christum vox eæ namque decet.
 Quò vocat, huc igitur propera: nam ducit ad assem
 Error, quem timeas hoc duce, nullus erit.

S C H O L I A.

Vulgari non esse) Pythagoræ
 gnis philosophi, è cuius schola
 tanquam ex equo Troiano m
 ti clarissimi viri prodierunt, s
 bola quædam extant, in quib
 sub verborum cortice gra
 sententiæ latent. Quorum in
 mero istud est, λεωφόρος μὴ
 δὲ ζῆν, hoc est via publica ne
 de. Vnde huius Octastichi arg
 mentū sumpsi, vt ostendā qua
 præstātor magister Christus
 quippe qui nō modo nos docet
 quod iter vitandū, sed etiā qu
 tenendum sit. Vnde merito
 eum David his verbis vtebat
 Notas mihi fecisti vias vitæ

Psal. 15.

Ioan. 10.

Christus ipse apud Ioannem vitā
 se appellat. Quod autem ad istud *Ambr.*
 Pythagoræ symbolum attinet, *epist. 6.*
 censet Ambrosius eū ex hoc Scri- *Exod. 3.*
 pturę loco id sumpsisse, vbi chri-
 stus Mosē calceamenta soluere
 iubet. Atque hoc præceptum ad
 id alludit, quod ait Christus in
 Euangelio, Lata & spatiosa est *Matt. 7.*
 via, quæ ducit ad perditionem.
 Ob eamq; causam abbas Pynu- *Cassian.*
 phius ad puerum quendam, quē *lib. de in-*
 in monachorū albū ascribebat, *stit. coen.*
 verba faciens, ita loquebatur: Vi- *6. cap. 38*
 ue vt pauci, vt cum paucis inue-
 niri merearis in regno Dei.

Vnde sophum non se) Pythagoras,
 vt est apud Ciceronem in Tuscu-
 lanis quæstionibus, cum ipsi sa-
 piētis nomen, quod plerique sui
 tēporis de more sibi arrogabant,
 nimis superbū atque insolens vi-
 deretur, pro sapiēte philosophū

hoc est sapientiæ amatorem
appellare maluit.

De cultu Dei.

37.

Sarcina cum soleat quæuis onerosa videri,
Sola tamen Christi sarcinâ corda leuat.
Sic auibus leuitas ex pennis nascitur ipsis:
Nedum deprimat has, Et grauet istud onus.
Robora sic mulis addunt non parua clitelle:
Hinc etenim melius pondera ferre solent.
Tale iugum est Christi: nihil illo lenius vsquam
Vtque laboris onus dulce sit omne, facit.

SCHOLIA.

Sarcina cum soleat) Tantum
best vt Christi iugum cum à
trahitur, opprimat, vt etiam
uet, ac coroboret. Quatumuis
Ic. 6. nim Iudæi dicant, Durus est
sermo, quantumuis ignauus
Luc. 16. uus dicat, Scio quia austerus
tamen verbum Christi menda
eos apud Matthæum coargu
Matt. 11 vbi iugum suum dulce & on
leue esse asserit. Atque ad cat